

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Reden und Arbeiten der Societas Latina - Cod. Karlsruhe 3420, 1-4

57 Reden der Societas Latina - Cod. Karlsruhe 3420,3

Molter, Johann

[Karlsruhe], 1783-1800

[Reich, Christian August]: De Calumnia verba fecit. 1 Sept 1787

[urn:nbn:de:bsz:31-99849](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-99849)

De Calumniis verba fecit.

Chri. Aug. Reich.

a. d. 1. Septembris

MDCCLXXXVII.

3 8 1/2

106.

[Faint, illegible handwriting]

Director Excellentissime!
Socii Ornatissimi!

107.

De illa vitiorum omnium lerna, inimica Deo, virtuti ad
versa, veritati contraria, vera malorum hydra, quae succisa,
in perniciem hominum male foecunda, indetentem se
pullulat. Et quicquid singula turpitudinis habent, sola sinu
suo complectitur, de calumnia nempe verba faciam. Ac ut
ordine argumenti suscepti materiam persequar, Axioma mihi
de ea dicenda propono. Quam foeda sit. Quam pernicio-
sa. Quomodo cavenda. Calumniam definitio occultam lesionem
quae aliorum famae, sermone aut scripto detrahit, et clancu-
lum de proximis et plerumque innoxis ea scribit crimina,
ut si non semper bona eorum; aut vitam, nominis saltem
existimationem in discrimen adducat. Ut hinc foeditatem
calumniis levato quasi velo contemplari liceat, quod ex dia-
bolo orta, et non nisi in foedissimas ea personas cadat. Per-
sonas dico viles, ignavas, loquaces. Viles, quod enim hoc homi-
num genere abiectum magis et contemtum. adeo ut regem,
non dicam bonam, sed mediocriter bonam, et quae vel tantu-
lum habeat ingenui sanguinis, unquam hac labe fuisse
asperfam. Historiarum monumenta Auditores excutite. Sapi-
entum omnium scripta replicata, dicta expendite veteris et
novi aevi, non aliter legetis, videbitis, audietis, quam malignas
et degeneras esse animas, quas pestilens aliquod serpens
afflavisset, notas in perniciem generis humani, tanquam

pacis et concordia eversione. Ad hoc facti ut ledant innocios
 et verent, nec quis unquam us, nisi alius inquietus. Ignavos quoque
 eos feci. Nec iniuria. Quid enim clarius? Prima calumniae scintilla
 obitum est. Hinc ille obdectandi licentia, et non alio quam hoc for-
 te derivata labe in patriam, populumque fluxit. Quis occupa-
 tus, et districtus negotiis, huic ausum probuit, huic se adixit. Non
 apud ignavos et ignavos, negata habitat: et nasquam uberior quoti-
 die calumniarum seges, quam apud eos quibus unum hoc opus sti-
 eri, et in alto hoc, et supino otio tota temporis disparta amba-
 lando et fabulando: pedem vix alio tollunt, aut fringunt, linguam
 usurpant, os referant quam ad calumniam. Publica illic et priva-
 ta vapulant. Princeps in aula, Magistratus in curia, Pastores in
 ecclesia, Praeceptores in schola, Patres, matres, liberi in oeconomia,
 vix ac ne vix imanes unquam a talium censura, morse, audita
 et non audita offerunt, quin et ea saepe impudenter eliminant
 quae ne per somnium quidem cogitata, tanto ardore, tanto fu-
 dio, ut vix satis respectum os, aut lingua prompta videatur.
 Atque hoc si ignavissimi tantum facerent, minus fortassis
 indignarer, nunc homines non solum ignavissimi sed et ig-
 narissimi, qui ad hoc vitium ita proci sunt, ut res eas temere
 calumniando traducant, quas nec mente assequi, nec cogitati-
 one complecti queunt. Similes nempe caeci, cum nihil videant,
 de coloribus iudicant. Sed et loquaces, atque effreni oris.
 Miramini Auditores? Qui aliter potest? quibus thesaurus
 est in lingua, qua non multa solum loquuntur sed mala: et
 praecipui talium sermones quid nisi de aliquo, et in aliquem?
 Ut scopus hoc a natura insitam est, ut obliqua sua cauda, quos

tenent, feriunt: sic illi venerata sua lingua eos in quos incurunt
 Sivi cor nupta similes. Hic rem ipsam videtis. Sudio res et in suo vultu.
 Ad hoc enim monstrum tria concurrunt vitia, mendacium, Invidia,
 Curiositas. Mendacium proles huius egregie pater est, sine quo fingit
 omnis, imo iacet plane calumnia: quia animam vitam robur a men-
 dacio trahit, et sine suo cadit, nisi abeat extra Veri fines, augendo,
 minuendo interpretando, torquendo malitiose omnia. Christus
 Sabbatho sanat agros? legem ab eo violatam esse clamant. Vestitur
 cum publicanis ut eos convertat ad Deum? ut edonem et potorem
 traducunt. Iure igitur mendacium ei pater: sed mater etiam
 Invidia qua conceptam hanc prolem parit tandem et pro-
 ducit in auras. Moris et actiones calumniantium si intueami-
 ni quis vestrum aliter sentiat? Lazo enim in viles abiector
 et sui similes lingua sua spicula torquent et quicquid cri-
 minum in scelerosissimum quem vis cogeri potest. sed in eos
 qui probitate morum, ingenio eruditione et nominis fama
 alios longe antecellunt: Invidia se iungit Curiositas perpetua
 calumniae nutritrix, que rerum novarum avida, rumores et ser-
 mones sparsos in vulgus expiscatur, scrutatur, et infantem
 suam his tanquam dappibus et cuspidis pascit. Tolle eam
 a Calumnia, cibo suo ac pabulo, destituta ieiuna, vacua, fami-
 lica fiet. Nam hac illa est qua uberimam de aliis garrulendi, men-
 tiendi, calumniandi materiam subministrat, que loca publica
 et privata computa, vicus, pagos, urbes, provincias, regna
 percipit, que in foris curiis, templis habitat, que in

Ades omnium, imo animos penetrat: nusquam non pedem
 figit, secretos, magnatum recessus, et intimas cogitationes rima-
 tur, omnes latebras peruestigat, nihil non scrutatur quod in co-
 mitiis ordinum fiat quod in aula Principis: Hos ubi sensu apre-
 xit quid ea non videt? quid non scrutatur peruvia, impre-
 ta, operta, et qua in tenebris ipsis ac solitudine gesta: ut vel hinc
 appareat quanta foeditas sit Calumnia quam mendicium genu-
 it, Indicia peperit, curiositas educavit.

Restat ut quam perniciofa illa sit iam ostendam. Et ad triphidoma
 eius effecta mea se convertat Oratio. Pernicies eius non valida so-
 lum est, sed et varia. Validam dico quia acute latet et occulte,
 variam: quia in omni parte et occasione et plerisque omnes.
 Quid mirum? Nunquam ita feliciter factum est cum rebus hu-
 manis, ut meliora pluribus placerent nedum omnibus opte-
 ma. Ut Sulmiris subtilis illa vis, omnia praeuincit, omnia
 penetrat: sic haec, etiam in arte forme clausa anxieque recondita,
 ioque eo acius, quoniam occulte ut monui, et ex insidiis id facit.
 Tela prouisa ut est in veteri verbo, minus feriunt, sed latata
 et incipitata qui declinet qui fugias? Nullus formidabilior
 hostis quam qui ex insidiis incautos opprimit, qui cum blanditur,
 mordet, cum ridet minatur qui amorem oculis fronte vultu,
 verbis loquitur, odia pectore circumfert, qua opportunitatem
 rabus incredulam nimis mentem effundit. Nubes pluviam
 praenuntiant; insignis aëris tranquillitas, terra motum, incendium
 fumus: Quid Calumnia? subita est improvisa ab ea pernicies

est, et eo diligentius tegitur, quo proprius accedit. Validam itaque ab
 ea perniciem esse, videtis Auditores nunc quam varia sit audiamus.
 Quid? nonne in omnem illa ebrietatem, sicut ordinem effreni in tempe-
 rantia lingua promiscue debarcatur, omnes lacepsit in omnes
 incurrit? nulli culpa obnoxios et immentis mendaciis circumvenit?
 Quis bonus aut sapiens unquam ab ea liber? nemo. Paratam enim
 scitotumque lividum illum dentem in omnes habet, parata lingua
 tela, quo vibret, sed in eos maxime qui magni, toga vel militia
 clari. Nempe res nulla sine umbra lux est: ita nulla virtus sine
 calumnia, aut livoris macula privatis simili qui in mari onusta
 navi insidiantur, vacuum negligunt. Et ut salicina plantas
 humiliores, arbuta quoque minuscula intacta relinquunt, sum-
 mos contra montes, seruant: sic illa summa et summator quor-
 aut criminationum machinis violenter concutit, aut suspicio-
 num caniculis calide subvertit, ut vel gloriosis inimicitia in-
 clarescat, aut per ruinam aliena existimationis ad samam
 grassetur, et suo nomine obscura aliorum innotescat? Sed non
 varios solum sed varia in re tenet? Quis homini in hac vita
 iucundius esse potest, amicitia? hoc dirimit. Damonem a
 Pythia, Achillem a Patroclo divellit. Quod illis patrii amoris
 vinculis suavis, quid sanguinis conjunctione quid affinitate dul-
 cius? hoc violat. Aliud rerum humanarum carius nobis est

fama, cuius dispendia, et damna omni affirmatione maiora sunt?
 hoc inquit, subtrahit, eripit, ad salutem conatur omni terrene. Opes tibi sunt:
 si potest eruet. Honores: privabit. Et quid de hominibus quor-
 aut rebus humanis, ne deo quidem parcat, nec divinis quo carere
 audeat et calumniari. Nilque tam sanctum, tam religiosum quod non
 violare, nihil tam sublime quo non ascendere audeat. Quanta enim
 audacia in curiam istam coelestem penetrat, et adyta interioris
 huius templi scrutatur et calcatur? quam impie et prociaciter Reli-
 gionem traducit, sugillat? Atque haec noxa illa sunt quas privationem
 adhuc ludit? ludit dico, si cum iis compares quas publice infert,
 et in Principum aulas. Hic enim ei faes alibi eam habitare dicas,
 hic impure dominari, et in suo quasi circo verperi. Quicquid fru-
 dium, oppressio num, scelerum, usquam aut unquam fuit, unde ob-
 fecro vos auditores nisi ab hoc fonte? Nota est luporum feritas
 at quanto crudelior calumniantium acerbitas: seruiunt illi, sa-
 me inter oves. at hi quanta rabie, nulla necessitate inter homines
 grassantur. Replente historias, non aliter inveniatis. Unde de
 olim Roma portenta Tyrannorum, scelerum omnium festina
 Lunera, peffter et generis humani propadia. Tiberii, Caligula, Ni-
 rones, Domitiani, nisi a Calumnia. Regna et imperia contentioni-
 bus et discordiis agitari, concuti, subruere dolemus? excitant ca-
 lumnia. Populos in Reges, Reges in populos concitari, vincula
 affinitatis et consanguinitatis diffringi? non aliunde hoc tri-
 stissima malorum initia, quam a calumnia.
 Sed ut altius provehar, venio ad tertiam ultimamque orationis

meo partem quo est de calumnia cautione. Quam si quis ita accipit
 ut immunem talamque ab omni calumnia futurum se speret no ille
 graviter hallucinatur eaque sibi persuadet, et pollicetur quo sortem ha-
 monam excedunt. Quid ergo? duobus hic clypeus opus est qui vim eius
 et aciem retundant, Innocentia et Patientia. Innocentia. Nam ut
 locus politis et nitidis via sordium aliquid adhaerescit: sic nec calum-
 nia vitæ puriori. Et ut radii solis in sordibus et caligantia loca coniecti, illu-
 scant, non inquinantur: sic virtus et inculpata vita quo magis impe-
 titur, eo clarius eritescit. Palma similis quo oneri non cedit, nec extra
 flectitur, sed contra pondus abuegit, et arboribus quo eo altius ra-
 dice terram comprehendunt, quo ferius ventorum furis exagitantur.
 Patientia quoque hic si usquam opus est. Et beati. Luc qui
 eam spernent. Dominis famam incurpat, postundat uigulat.
 magni esse animi putant non commoveri, non concuti, imo ridere
 illam et indignam arbitriari ad quam virtutem suam flectabant,
 sumptaque laudabili superbia, calumniantium diceria tanquam lon-
 ginqa tela et saxa sine vulnere circa galeas crepitantia, aut velut
 minorem canum importunos latratus fortiter contemnere, et homi-
 nes infra iræ suæ dignitatem positos et vitiatum fastigium. Dioge-
 nes ille Cynicus vir alte mentis contra concubionem omnem stabilis
 et vera patientia imago, cum turba eum sabannarent dicere se-
 litus: Illi me rident ego non rideor. Oingentem! o verum sui affina,
 forem animum! Nimirum ut aranearum capos animalia for-

tiora perumpunt: sic istos a calumnia laqueos mens robusta,
 armata puritate conscientio adversus calumnias malevolorum.
 Quid si nebulo me resperfit luto, an ob id lutum in eum regeram?
 Et si ab eo patior indigna an ob id faciam me indigna? contra pos-
 sus iniuriam si non invenio in eo qui eam intulit causas ignos-
 cendi, in me inveniam, et mala verba bonis actionibus ulciscar.
 Haec vera Auditores, haec solida in calumniam arma sunt, eam
 rebus ipsis et moribus confutare, hoc est praestantissimum
 genus ultionis. Sed iam desino, et finem dicendi facio.
 Tria haec audivistis. Fœditatem huius vitii, perniciem, cautionem.
 Removeamus itaque a nobis fatale hoc monstrum ab inferis
 exitum, imo quam longissime amoliamur hanc pestem anima-
 rum hanc nominis gangrenam, et famam lucem: nec a lingua
 solum sed ab auribus nostris. Nunquam enim calumniatores
 deerunt, dum cui persuadeatur exstat: et peccat hic non
 modo qui dicit calumniam, sed qui eam audit, auditamque
 excipit: et ut prunam candentem tangere nemo potest sine
 noxa: sic nec adfistere venatis his linguis, quæ dum blandian-
 tur mordent, dum rident, rodunt.